

quaque muris ambiarentur, ea ex utilitate accepta decorum quoque novae urbi attulere. erant tamen qui crederent veterem illam formatam salubritati magis condixisse, quoniam angustiae itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perurrerentur: at nunc patulam latitudinem et nulla umbra defensam graviore aestu ardescere. (44) et haec quidem humanis consiliis providebantur. mox petita dis piacula, aditque Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae quibus mariti erant. sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis

6. *petita a dis* M. Corroxit I. Fr. Gronovius. — 7. *proserpineque* M. — 9. Habet *perspersum* M, non *perspersum*, ut Edd. ante Bekkerum. — 10. Habet *sellisternia* M, non *lectisternia*, ut e Cod. Reg. Ed. Spir. edebat ante Ryckium. — 11. *dm* cum Im. M.

ambirentur.] Communio parietum iam olim vestia; legeque XII. Tabularum sanctum, ut spatium inter domus insulasse in latitudinem duos pedes et semissem pateret ad liberorem circumundi facultatem. *AM-BIUS PARIETUM SESTERIVS PES ESTO*. Bkorr. Cf. Dirksen *XII. Tafeln* p. 465. — *accepta*] grata vulgo, ut 6, 43: *acceptus in vulgum*. — *angustiae*] ut in omnibus antiquis oppidis Italici, etiam Pompeis; et quidem propter causas hic allatas; quo solis radii accerentur, plus umbrarum praerberetur.

44. *petita dis piacula*] his per exegetin adduntur *V. aditque Sibyllae libri*, ad indicandum, quam ratione petita sint illa. Walther quidem ac Duebner praeterlerunt *Med. lectionem petita a dis*, sed minus hoc concinnum, quoniam bis idem satis moleste dixisset: «petivere di piacula per Sibyllae libros aditque hi sunt.» Immo pars *provisionis*, quam memorat, haec quoque erat, ut piacula ad deos placandum et templa et simulacra vel marina vel fluvialia aqua perspergi aut lavari solerent; ut Vestiae aquis ex fonte Camenarum haustis. (Ovid. *Fast.* 3, 12.) Notissimum autem lavado Veneris Verticordiae et Matris Deum vel ex Ovid. *Fast.* 4, 436. et 337. *RURERII*. — *sellisternia*] Quae in lectis discumbentes, feminae sellis insidentes coenabant, sic deorum dearamque staturae in lectis sellis ad aras lautis-

decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. ergo abolendo rumori Nero subdit reos, et quaesitissimis poenis affecti, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat; repressaque in praesens extitabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocitas aut pudenda confluunt celebranturque. igitur primum correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendiij quam odio humani generis convicti sunt. et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contacti laniati canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam, atque ubi defecisset dies,

2. *quest. M.* — *poenis M.* — 3. *christus tyberio M.* — 5. *extitabili M.* — *rursus M;* *rursus B.* — 6. *iudaeam M.* — 7. *primum M.* — 9. *pinde cum p. caudato (proinde) M.* — *continuit M.* Emendatum iam in Mss. et Edd. vet.

num impiarium *inverecundiam* procurent. — *Christianos*] *Sive Christianos*, ut scripserit per inscitiam illi. Quod nomen ortum demum observo imperio Claudij extremo. Suidas in *Χριστιανοί*. (Ed. Gaisford II. p. 3930. A.) *Επὶ Κλαυδίου βασιλέως Πουλιανῶν ἱερῶν τῶν ἀποστόλων γενεαλογησάμενος Εὐδόκῳ ἐν Ἀριζοτέλει* (quod Hieronymus in Chronico Ed. Roncalli. p. 429. referit ad a. post Chr. 45.), *μετῶν τοιάδεσσαν οὐ πάλα λεγόμενοι Νῆζοφῆτοι καὶ Ταλιλαῖοι, Χριστιανοί*. Sed *ἱουδαῖοι καὶ Ἰουδαίαι*, quod frusira negant quidam. Aperte Ariannus 2, 9, 20: *ὅταν τινὰ ἐξαποστειλῶντα ῥῶμας, εἰσάγειεν λέγειν, Οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίεται. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πᾶθος τὸ τοῦ βαπτισμένου καὶ ἠομιέσθω, τότε καὶ ἴσται τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος*. Alii τὸν *βαπτισμένον*. Qui ergo tincti et baptizati praeter Christianos? (At aliter et quidem rectus Ariani interpres in Ed. Paris. 1840. explicat *vertens illa disciplina tincti*. Cf. Ern. ad Suet. Claud. 25.) «Suetonius Claud. 25: *Iudaeos impulsoe Chresto assidue tumultuantis Roma expulsi.*» Lips. De nomine *Christus* vide Lactant. D. Inst. 4, 4, 7. — *Pontium Pilatum*] Qui sextus procurator Iudaeae cum potestate praesidis fuit. Iosephus 18, 3. Lips. Pilatus missus a Tiberio anno imperij XIII. post exactos muneris sui male gesti decem annos a Vitellio, Syriae praeside, Romam purgandi sui causa ire iussus, deinde a Caligula in sedem inducti *tunica illa molesta* (Martial. exilium pulsus. Iosephus 18, 4, 2. Euseb.

H. Ecl. 2, 7: *ὄν ἀγοσὴν δὲ ἔξτων, ὡς καὶ αὐτὸν ἐξέτων τὸν ἐπὶ τοῦ σωτήρος Παύλου κατὰ Ἰάκωβ - τοσαύταις πέλασεσιν κατέχει λόγος συμφορᾶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης φανερῆν αὐτοῦ καὶ τιμῶν αὐτοῦσερα γενέσθαι*. — *extitabilis superstitio*] *Plin. Epp.* 10, 97. *Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam et immodicam*. Sic in Epistola Viennensium et Lugdunensium apud Euseb. H. E. 5, 1. extr. gentiles de Christianis: *ξέννη τινὰ καὶ κατὰ τὴν ἡμῶν εἰσαγωγήν Ἰουδαίων*. — *in crimine*] Sic Cic. de Inv. 2, 10: *ostendens, si quo in pari ante peccato convictus sit*. pro Sulla 30: *quoties quisquam est in hoc seelere convictus*. — *odio humani generis*] Incredibiliter haec interpretatus est Zyro, professor Bernensis: propter odium, quo in eos cuncti ferebantur, ut incendiarii condemnati sunt. Immo eadem est mens Taciti, quam H. 5, 5. expressit de Iudaeis: *Apud ipsos fides obtinuit, misericordia in promptu, sed adversus omnes alios hostile odium*. Indicia autem huius odii videbantur Romanis Christianorum abstinentia a spectaculis, a diebus festis, a sacrificiis et victimarum carnibus ac similia. — *flammandi*] *flammandi v. atque deletum* voluisse, ante v. *hortos* transpositum Doederleinus; horribilem quippe huius supplicij modum per epegesin sequentia indicant, quasi dixisset: «non simpliciter in rogousti sunt, sed inducti *tunica illa molesta* (Martial. 10, 25. Iuven. 8, 235.) *cera vel pice ob-*

in usum nocturni luminis urerentur, hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. unde, quamquam adversus fontes et novissima exempla meritis, miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica sed in saevitiam unius absumeretur. (45) interea conferendis pecuniis pervasata Italia, provinciae eversae, sociique populi et quae civitatum liberae vocantur, inque eam praedam etiam di de cessere, spoliatis in urbe templis, egestoque auro quod triumphis, quod votis omnis populi Romani aetas prospere aut in metu sacraverat. enimvero per Asiam atque Achaia non dona tantum sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato ac Secundo Carinate, ille libertus cuiusque flagitio promptus; hic Graeca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat, ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret, lon-

1. usu M. Correxerat Puteolanus. — 2. aurige M. — 3. circulo M. Ex Agr. correvit Rychius. — quaque MB. — 4. tanq. MB. — 5. scuit. M. — 6. eversae M. — 7. dit h. l. M. — 8. etas M. — 9. asyam M. — 11. secundo M. — Carinate Puteolanus, Walther: caprinae M., Caprinatae B. — caucique M.

lita, ludibrii causa quasi in usum nocturni luminis. Alii loci de huiusmodi supplicio etiam a pendendis tributis et vectigalibus immunitatem habebant, sed tamen tenebantur in fide populi Romani. Spanhem. de usu et pr. num. Diss. IX. et XIII. — triumphis] Saepe apud Livium, Plinium aliosque commemorantur illatae templis a triumphantibus res pretiosae ex auro, quae domi habere religio erat, malebantque ad ornanda templa deorum quam suas domos conferre. ERN. — adripiebantur] Pausan. 10, 7, 4: τὸ ἱερόν τὸ ἐν Δελφοῖς ἐκέλευε ἀρα οὐδὲ τῆς Νέωρος ἐς πάντα ὄλγωνα ὀλεῖται ἀπειράτως ἔξεν, ὃς τὸν Πτόλωνα πενταζοσίας δέων τε ἀνακτὲ ἀρχαῖοτε καὶ ἀνερώπων εἰκόνας γαλάας. Plin. 34, 8, 19, 84. enumeratis plurimis stautis Graecis, ita pergit: Atque ex omnibus, quae relictū, clarissima quaeque sunt Poenis atque eius operibus, violentia Neronis in urbem convecta. — Acrato] De hoc Dio Chrysostomus in Rhodiaca §. 469, Vol. II. Ed. Emperii p. 440: Ἵστε γὰρ Ἀκράτων ἐξένων, ὃς τὴν οἰκονομίην σφεδρὸν ἀπασαν περιέλεων τοῦτον γάρων (status asportandi) καὶ μετὰ κόωην παρὰς μηχανῶν, ὃς καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιπέδου, λατομίας ἠγροπαρέσθαι μὲν γὰρ εἰκόνας, κατὰ δέον ἐφῆ παραίνα μὲν γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν μηχανοδερὸς ἀψυάσσει τὸν ἐνδεδε. — Secundo

45. pecuniis] Quibus aurea domus Neronis construeretur. DUREN. Suet. N. 38: collationibus non receptis modo, verum et efflagiatis, provincias privatorumque census prope exhausit. Dio 62, 49: Χρημάτων τῶν ἰδιωτῶν καὶ παρὰ τῶν δέμων, τὰ μὲν βλάσαι τῶν προφάσει τῶν ἐπιτροπῶν, τὰ δὲ παρὰ ἐκόντων δῖον ἠγορολόγησας, καὶ τῶν βυβαίων αὐτῶν τοι ἀτηροῦσιν παρὰσάσαστο. — liberae vocantur] ut Rhodius. His non plena libertas, iuris tamen exsequendi et proprii magistratus erant sua-

quinqui ruris secessum oravisse, et postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi aeger nervis, cubiculum non egressus. tradidere quidam venenum et per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum iussu Neronis, vitatumque a Seneca proditione liberti seu propria formidine, dum persimplici victu et agrestibus pomis, ac si sitis admoneret, profuente aqua vitam tolerat.

(46) Per idem tempus gladiatores apud oppidum Praeneste tentata eruptione praesidio militis, qui custos adesset, coërciti sunt, iam Spartacum et vetera mala rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. nec multo post clades rei navalis accipitur, non bello 10 (quippe haud alias tam immota pax): sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. ergo gubernatores, quamvis saeviente pelago, a Formiis movere; et gravi Africo, dum

1. valetudine M: valetudine B. — 2. eger M. — egressu M. — 5. persimplici M (scil. psimplici cum lin. transversa in litt. p.): simplici cum Bud. B. — 7. temptata M. — 8. adesset M: aderat ex Agr. Corb. B. (adsidet Doederlein.) — 9. malarum moribus M. — 13. saevientes M. — Formis M.

Carinate] Suspiciari possis theotorem illum tur sub militari praesidio gladiatorum caesse, quem Dio 59, 20. scribit a Caio in terra procul dubio satis numerosa, ne quis novarum rerum cupidus ea facile ad urbem clamitaverat, quemque Iuvenalis tangit 7, 204: Sicut Thrasymachis probat exitus autem atrescebantur, quando edendi erant ludi gladiatorii. — adesset] Haec Med. scriptura oriri haud poterat ex illa interpotatorum aderat. Ergo sequitur Duebnerum haec adnotantem: «Subiunctivus, quia illa militum praesentia causa est coërcitae eruptionis.» Accipe igitur pro quippe qui, utpote qui. Etiam Doederleinii ingeniosa coniectura adsidet, tamenetsi per se recta (cfr. 43, 24. et 25.) ac significans, semper illi gladiatorio ludo Praenestino assidere praesidium militum, etiam Taciti tempore, tamen adeo probabilis non est, ut unquam recipi queat. — iam — rumoribus ferente populam] Admodum cito hoc fieri poterat propter tam exiguum inter Romam et Praeneste distantiam. — non exceptis] in lussu suo; etiam turbido mari navigare iubens. DUREN. — pelago] Vocatum Graecum a scriptoribus argenteae, quam dicunt, fere aetatis receptum, quo immensum maris aequor exprimitur. Cfr. Doederlein Syn. IIII. p. 73. BACH. Restringe hoc ad solutae orationis scriptores; nam apud poetam inde a Lucretio (pelagique severa) est frequentissimum, imprimis apud Ovidium. — Formis] oppidum Latini in Terra di Lavoro; pro eo habetur, quod hodie Molo di Gaeta. — Africo] Est Δόφ,

46. apud Praeneste] Ibi scilicet habebatur